

Franckesche Stiftungen zu Halle

Dissertatio Inavguralis De Didaskalioprepeia In Ministerio Ecclesiastico Observanda

Haferung, Johann Caspar

VVittebergae, [1726?]

VD18 90821157

Porisma IX. Fides, nixa doctrina salutari, omnes hominis facultates ad
obedientiam adducit.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-202841

ut cum Deo juxta & hominibus congraderetur, in utraque lucta de victoria indubius. Gen. XXXI. 28. Hoc ergo ut maxime *πρέπει τῇ ὑγιαίνοντι διδασκαλίᾳ*, ut, qui illam amplexi sunt, in Deo confidant, & induti *πανοπλία* sacra, contra diabolum, mundum & mortem, cum Deus jubet, audacter depugnent. Qui hic trepidat & opem creatam circumspicit, immemor est eorum, quæ decent Christianum. Paulus, cum ab omnibus desereretur, Deum sciebat præsentem, ejusque præsidii fiducia pervincebat. II. Tim. IV. 16. 17.

PORISMA IX.

Fides, nixa doctrina salutari, omnes hominis facultates ad obedientiam adducit.

Doctrina vim habet ex Spiritu Sancto, fides ex Doctrina: proinde fides divina virtute operatur. Vult autem Deus totum hominem sanctum, & sibi obtemperantem: Cum Paulus precatur: *ὁ θεὸς τῆς εἰρήνης ἀγιάσαι ὑμᾶς ὁλοτελεῖς. καὶ ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα, καὶ ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ σῶμα αἰμώμπως τηρηθεῖν* I. Thess. V. 23. Non intelligit aliter id fieri posse aut debere, quam per fidem in Christum: Neque enim id *πρέπον*, quod proprium est & dignum fidelibus, alio pacto præstari fas est. Doctrina lucem accendit in intellectu, ut hic non tantum cognoscat res divinas, sed & cooperante Spiritu Sancto, easdem secum agitet, conferat, componat, dividat, vera approbet, & falsa improbet. Eadem doctrina, ab intellectu recepta, expensa & approbata, voluntatem suaviter inclinat, ut illa jam sponte obsequi possit jussui divino, et appetitui insuper atque reliquis facultatibus imperet, ut ad nutum Dei se componant, & ipsa etiam membra *ὄπλα δικαιοσύνης* Röm. VI. 19. arma justitiæ fiant. Atque ita fides vim verbi salutarem recipit, & per totum hominem distribuit, ad eum sanctificandum.

PORISMA X.

Ministerium Verbi & difficultatis & periculi habet plurimum.

Difficultatem ostendunt negotia, quæ per illud expedienda, si ad nostras vires referantur. Sunt illa præconium, & vita, ut compendio dicam, quæ deceant salutarem doctrinam.